

Et egrediens foras dicitur simul aduersum me  
MURMURABANT

Omnes odientes me contra cogitabant mala mihi. Ver-  
bum diaboli infundebant sibi.

Qui dormiunt non addunt ut resurgat. sed & homo  
pacificus meus. In quo habui fiduciam. qui manduca-  
uit panem meum. leuauit contra me plantam.

In domino domine miserere mei. & leua me ut reddam eis.  
In hoc cognoui quod uelis me. quia non insultauit  
Inimicus meus mihi.

Ego autem in simplicitate mea adiuutus sum a te.  
& statues me ante faciem tuam in perpetuum.

Benedictus dominus deus israel a seculo. & usque in seculum  
AMEN AMEN

PROVICTORI DOCTISSIMI FILIO  
RUM CHORIS

SICUT AREOLA PREPARATA  
ad irrigationes aquarum. sic anima mea  
preparata est ad te domine.